



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.56. Capitulare primum Caroli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.

A. C. 768.

Froila cum sua manu fratrem Vimarum occidisset, & ipse interfectus est, habuitque Successorem in Hispania Aurelium Patruelem, qui annos decem Regnum tenuit.

§. LVI.

Capitulare primum Caroli.

tom. 1. Cap.
p. 189.

- Ad initium Regni Caroli in Francia refertur Capitulare, quod ad reformationem Disciplinae Ecclesiasticae tendit. In eo Carolus loquitur in hunc modum:
- c. 1. *Cum nos omnes Subditi nostri, praesertim Episcopi & Clerici, id rogarent, Seruis Dei districte prohibemus, ne arma gestent, ne militent, ne exercitum sequantur, illis solummodo exceptis, qui delecti sunt ad celebrandum Officium Divinum, id est, Missas celebrandas, & portandas Reliquias. Ad quod praestandum unus, duove Episcopi cum Presbyteris Capellanis suffecerint. Quilibet Praefectus militum apud se habeat Presbyterum, qui confitentibus peccata sua penitentiam injungat.*
- c. 5. *Sacerdotes sub pœna Depositionis nec Christianorum, nec Paganorum sanguinem fundant. Nulli Clerici cum canibus, aut Falconibus venentur. Episcopi aut Presbyteri ignoti non admittantur ad Ministerium, nisi prius in Synodo ad examen vocati fuerint.*

Epis-

Episcopus singulis annis Diocesim suam visitet, ut Confirmationem conferat, populum doceat, & abominationem superstitionum paganarum, quales sunt Sacrificia in funeribus, Sortes, seu Divinationes, Phylacteria, Auguria, Incantationes, Sacrificia brutorum sub prætextu Sanctos honorandi, prohibeant. In his Comites tanquam Ecclesie Defensores Episcopis auxilium præstent. Quilibet Presbyter in Quadragesima Episcopo suorum rationem reddat de modo, quo munere suo fungitur. Nemo cujusquam Ecclesie administrationem sine consensu Episcopi Diocesani in se suscipiat. Episcopi hominum incestorum, eorumque omnium, qui graviorum criminum rei sunt, singularem curam gerant, nec in peccatis suis perire illos sinant. Item sollicitè curent, ne ægroti & penitentes sine Extrema Unctione, Reconciliatione, & Viatico () decedant. Nullus Sacerdos Missam celebret nisi in loco Deo consecrato, aut si in itinere sit, sub tentorio & supra tabulam lapideam ab Episcopo consecratam.*

Sæcul. VIII.
A. C. 768.

c. 7.

c. 6.

c. 8.

c. 10.

c. 14.

c. 15. 16.

Presbyteri sufficienti scientia ad ob-eundum munus suum non imbuti, si ab Episcopo

Z 3

piscopo

(*) Ecce antiquissimum usum trium Sacramentorum morientium, quæ Lutherus tenere rejecit!

- Sæcul. VIII.
A. C. 768.
- c. 17. *piscopo moniti discere neglexerint, interdiciantur, & Ecclesiis, quas possident, priventur. Nullus Judex Presbyterum vel Clericum sine communicatione Episcopi sub pœna Excommunicationis detineat, aut condemnet. Nec Episcopi, nec alii bona aliena sub prætextu Divisionis Regnorum retineant.* Francia inter Carolum & Carolomanum divisa huic Decreto condendo ansam dedit.
- c. 18.

§. LVII.

Concilium Romanum.

Anast. in Steph. Sergius Stephani Papæ Legatus comperto Regis Pipini obitu nihilominus iter strenue profecutus Reges Carolum & Carolomanum adiit, qui concessis omnibus, quæ petebat, in Italiam redituro comites dederunt duodecim Episcopos Franciæ in Scripturæ & Canonum scientia versatissimos, videlicet Villicarium Senonensem, Lullum Moguntinum, Gavianum Turonensem, Adonem Lugdunensem, Herminardum Bituricensem, Danielelem Narbonensem, Tilpinum Rheimensem, omnes Metropolitæ. Ceteri quinque erant Herulfus Lingonensis, Josephus Avenionensis, & tres alii, quorum Sedes non satis clare designantur.

v. Coint. An. 769. n. 2. 3. Villicarius Roma redux ex Monasterio Agauniensi Reliquias attulit S. Victoris de numero Martyrum Legionis Thebanæ,